Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



155

iacob et miserebor omnis domus israel.
& assumam zelum pro nomine meo
& portabunt confusionem sive ignomi
niam suam. et omnem prevaricationem
qua prevaricati sunt in me cum habi
tauerint in terra sua confidenter si
ue in pace nemine formidantes. et
reduxero eos de populis sive gentib; et
congregauero de terris inimicorum suorum
sive de regionib; gentium & sanctificabor
fuero in eis. sive in conspectu gentium
plurimarum. & scient quia ego sum dominus deus
eorum. cum transtulerim eos in natio
nes. sive cum apparuero eis in gentib;
& congregauero eos super terram suam.
& non derelinquerim quemquam ex eis
ibi. & non abscondam sive auertam fa
ciem meam ab eis eo quod effuderim spiritum
sive furorem meum super omnem domum
israel ait dominus deus. Hoc quod transtulimus uer
ta hebreos. congregabo eos super terram
suam. et non derelinquam quemquam ex eis ibi.
in lxx. non habet. Rursumque quod uerba he
breos. per benedictione in multimo ponit
eo quod effuderim spiritum meum. lxx. tra
tulerunt furorem quod adiam pertinet.
presertim cum in hebreo rubi. positum
sit quod proprie sonat spiritum meum. & neque
quam furorem meum. Omnia autem usque ad
eum locum in quo succedat templi edi
ficatio. in quos supradictum iudeos. in
nris iudaizantes. adultimum tempo
referunt quod carnib; gog. cunctique
eius exercitus quasi pinguissimis hos
tiis. uolucres. bestieque saturande sint
et restituat israel in pristinum statum.
& nequaquam ultra in gentib; expugnet.
sed effundat spiritum suum super eos dominus ut
habitent in terra sua. non omnes gentes sed p
prie domus israel. Nos autem certam tropo
logiam sequentes hoc dicemus quod omnis uo
lucres & universas bestias convocet
dominus ut tradat eis hereticorum principes
quasi pinguissimas hostias devorando.
Volucres autem et bestie et propter celeritatem
in omnia discurrendi et propter varietatem
& crudelitatem appellantur quib; traduntur
adversarii in interitum carnis ut spe
saluus fiat. & discant non blasphema
re. comedent autem grandem & pin
guissimam victimam non alibi sed super montes
israel. quos prophetas & apostolos & sectos uros in
telligere debemus. Omnis enim contrarios
dogmatum magistri corruunt. & abip
sis per eum uulnerati. super quos edificatur ec
clesia. & ut uerius dicam. super montium mon
tem de quo ysaias loquitur & micheas. ue
nite ascendamus in montem domini. et in domum
dei iacob. & annuntiabit nobis uias suas.
Iste autem aries. & iste bestie celeres atque
crudeles comedent carnes. & bibent
sanguinem. quem regnum dei possidere
non possunt. Carnes fortium sive gygan
tum qui contra dei scientiam rebella
bant. & sanguinem principum non celi
sed terre. bibent qui cuncta terrena sa
puerunt. sanguinem arietum agnorum & hircorum
& hircorum. ut tria significet animantia
que in dei uictimis immolantur. Immuta
enim & heretici ecclesiasticam mansue
tudinem. sed oblatio eorum non in dei cultum
sed in demonum cibum proficiet que ex
pinguissima hostia eorum. et quasi adipe
saturantur. & bibunt sanguinem decep
torum usque ad satietatem. Hanc autem uicti
mam deus immolat per ecclesiasticos uiros

sive uerta lxx: arie
tulque et hircque